

2. Fac ut portem Christi mortem,
Passiónis fac consórtem,
Et plagas recólere.

3. Fac me plagis vulneréri,
Fac me cruce inebriári,
Et cruóre Fílii.

4. Flammis ne urar succénsus,
Per te Virgo sim defénsus
In die judícii.

5. Christe, cum sit hinc exíre,
Da per Matrem me veníre
Ad palmam victóriae.

6. Quando corpus moriétur,
Fac ut ánimae donétur
Paradísi glória. Amen.